



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Prima Duo Sæcula Complectens

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 13322648

§. 59. Successio Episcoporum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66002)

igitur mirum, si aliqui Scripturas Divinas alterare attentarint, cum nec tales, quæ ab illarum auctoritate longissime absunt, intactas reliquerint? Hæc de scriptis S. Dionysii Episcopi Corinthiorum scimus.

Sæculum II.
A. C. 167.

§. LIX.

Successio Episcoporum.

Celadion Episcopus Alexandriae naturæ debitum solvit anno centesimo sexagesimo septimo, postquam sederat annis quatuordecim; ei successit Agrippa, qui rexit Ecclesiam annis duodecim. Anno sequenti centesimo sexagesimo octavo, Marci Aurelii octavo mortalitatem exiit Heron Episcopus Antiochenus, qui sederat annis viginti sex; ejus successor fuit Theophilus, magno ingenio, & eruditio- no vir; fuit is post S. Petrum numero sextus, & tredecim annis gubernavit. Anno Christi centesimo sexagesimo nono e vivis sublatus est Imperator Lucius Verus, qui regnaverat novem annis cum Marco Aurelio fratre suo adoptivo; ab- hinc Aurelius solus imperavit. Anno centesimo septuagesimo secundum opi- nionem maxime verosimilem Soter Papa ad coelestia abiit, cui successit Eleuthe- rius. Initio sui Pontificatus litteras ac- cepit a Rege nomine Lucio, Romano- rum vel subdito, vel foederato, qui in

*Euseb. Chr.
lat. an. 167.
& hist. IV.
c. 19.*

An. 169.

Eleutherius
Pontifex.

*Beda hist.
Angl. l. I.*

Hist. Eccles. Tom. I.

Nn

ma- c. 4.

Sæculum II.
A. C. 167.

=====

Euf. Chron.
an. 157.
Id. V. hist.
12.

magna Britannia imperabat, quibus rogabat, ut in susceptione Christianæ fidei adjuvaretur; Papa, quod petebatur, facile concessit; & Britones fidem Christianam in pace professi sunt usque ad Diocletiani tempora. Jerosolymæ Cas-
sianus Episcopus numero decimus septimus Marco successit anno Regni Antonini Pii decimo nono, Jesu Christi centesimo quinquagesimo septimo. Cassiano successit Publius, huic Maximus, Julianus, Gajanus, Symmachus, Gajus, alter Julianus, Capitonius, qui fuit numero vigesimus quintus Episcopus Jerosolymitanus, vixitque usque ad annum quintum Imperatoris Commodi, Jesu Christi octogesimum quintum.



HISTO-